



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE
BOLLETTINO

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0409

Sabato 22.06.2013

**LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DEL 1150°
ANNIVERSARIO DELL'ARRIVO DEI SANTI CIRILLO E METODIO IN TERRITORIO SLOVACCO
(NITRA, 5 LUGLIO 2013)**

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLA CELEBRAZIONE DEL 1150° ANNIVERSARIO
DELL'ARRIVO DEI SANTI CIRILLO E METODIO IN TERRITORIO SLOVACCO (NITRA, 5 LUGLIO 2013)

In data 10 maggio 2013, è stata pubblicata la nomina dell'Em.mo Card. Franc Rodé, C.M., Prefetto emerito della Congregazione per gli Istituti di vita consacrata e le Società di vita apostolica, ad Inviato Speciale del Santo Padre alla celebrazione del 1150° anniversario dell'arrivo dei Santi Cirillo e Metodio in territorio slovacco, in programma a Nitra (Repubblica Slovacca) il 5 luglio 2013.

Il Cardinale Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione composta dai seguenti Ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Vladimir Stahovec, della diocesi di Rožňava, attualmente Rettore del Pontificio Collegio dei Santi Cirillo e Metodio a Roma;
- Rev.do Don Martin Kramara, della diocesi di Žilina, Cappellano incaricato dalla diocesi di Roma della pastorale per gli slovacchi ivi residenti.

Riportiamo di seguito la Lettera del Santo Padre al Card. Franc Rodé, C.M.:

● **LETTERA DEL SANTO PADRE** *Venerabili Fratri Nostro*
FRANCISCO S.R.E. Cardinali RODÉ C.M.,
Congregationis pro Institutis vitae consecratae
et Societatibus vitae apostolicae olim Praefecto

Millesima centesima quinquagesima recolitur iam memoria ex quo tempore ad hodierna Slovachiae loca pervenerunt sancti Cyrillus et Methodius Evangelii nuntium allaturi atque Domini salutaria beneficia gentibus illis subministrari coepta sunt. Per sacram liturgiam et litteras non modo spiritale pabulum est suppeditatum verum etiam humanitas cultusque. "Ambo fratres, conscii antiquitatis et legitimae rationis eiusmodi sacrarum traditionum, non veriti sunt linguam Slavicam in liturgia adhibere, quam efficax instrumentum effecerunt ad veritates divinas iis tradendas, qui eo utebantur sermone" (*Slavorum Apostoli*, 12).

Admodum ideo decet et convenit ut eventus hic congruenter commemoretur et optimo iure extollatur. Celebratio enim haec copiam dat et facultatem non huius rei dumtaxat memoriam repetendi, verum homines ad

translativam hereditatem considerandam et firmiorem fidem certioraque proposita, pristinis illis instantibus exemplis, permovendi.

Benignissimo igitur favente Domino, evenientis mensis Iulii V die Nitriae sollemnis erit ab illorum adventu anniversaria commemoratio agenda, concurrentibus quoque fidelibus circumcirca commorantibus, ut agri hi dominici, inde fere sumentes vim, uberiores fructus fundant et laetiores spiritales commoditates in dies experiantur.

Quocirca ut ritus hic magnificentius efficaciusque evolvatur, postulantis Slovachiae Praesulibus, cum Nos adesse non possimus, libentissime mittere aliquem eminentem Praesulem statuimus, qui partes Nostras sustineat et Personam agat. Ad te autem, Venerabilis Frater Noster, cogitationem convertimus, qui prorsus idoneus occurris ad ministerium hoc praestandum et luculenter explendum. Itaque permagna moti affectione, te, Venerabilis Frater Noster, **Missum Extraordinarium Nostrum** renuntiamus et constituimus ad celebrationem quam supra diximus agendam.

Universis igitur participibus fidelibusque inibi cunctis mentem Nostram benignam ostendes, cum quamvis longo spatio separemur adsimus spiritu praesentes. Demonstrabis insuper horum Europae compatronorum claritatem, qui ut Ecclesia his in partibus amplificaretur summopere adlaborarunt. Omnibus Nostro nomine Benedictionem Apostolicam impertias volumus, quae sit animorum renovationis signum et Nostrae dilectionis certissimum documentum.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXXI mensis Maii, anno MMXIII, Pontificatus Nostri primo.

FRANCISCUS

[00941-07.01] [Testo originale: Latino]
